

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



1399 919. 7

DEO  
Superioribusq̄ve faventibus  
DE

# INANIBUS PICTURIS

disputabunt

*publicè*

PRÆSES

M. JO. FRIEDERICUS *Jünger* /  
Misenensis,

&

RESPONDENS

JOH. Ferber / Cremnic. Hung.

D. 6. April. c1o 13c LXXIIX.

LIPSIÆ,

Typis CHRISTOPHORI GÜNTHERI. 5.

*J. F. Ferber*

D E O

Supreme Court of India

IN

# IN THE SUPREME COURT OF INDIA

CRIMINAL APPEALS

NO. 1000 OF 1973

VERSUS

## THE STATE OF GUJARAT

APPEAL FROM THE

IN

CRIMINAL CASE NO. 1000 OF 1973

IN THE SUPREME COURT OF INDIA

CRIMINAL APPEALS

NO. 1000 OF 1973

VERSUS

Handwritten signature and text in the bottom left corner.

J. B. M. L.

## ACCESSUS.

**A**bent aliquid ex iniquo egregiae artes, ut enim <sup>Artium</sup> in abusum abeunt plurimum, & degenerant <sup>abusus.</sup> quasi, non tam suam equidem culpam, quam Custodrum, qui saepius iis obvertunt cornua, deoque industria procaces ac protervi, ingenio suo quam abutuntur pessime. Hincque adeo fit, ut meritum omne praeter, male audiant saepius, ac calcentur velut, cum in artificibus culpa resideat tamen. Nimirum ut mel, quantumvis dulcissimum, ubi corruptionem contrahit semel, nullam non amaritudinem vincit, & vinum etiam edecumatum in acetum transit acerrimum, divitiaeque ubi ad malum pervenere. Dominum pravitati subjacent extremae; Ita optima licet ac honestissima artes ab illotis cultorum manibus attrahunt labem. Sentit hoc fatum pingendi ars quoque, quae honestatis clausa cancellis, ipsas inter liberales artes numerari meretur propemodum, (*vid. Maria Schurmann. in Diss. an foemina Christiana conveniat Studium? Epist. p. 32. quicquid videatur Seneca Epist. 88. p. m. 135. & Agesilao ap. Plut. in Apophtheg. Lacon. p. 210.*) est ubi suum transit callem, vitium incurrit illico. Prodeunt siquidem tum Inanes picturae, Pictorum epulae vanorum, quae non sesamo atque Papavere honestae forte delectationis, sed ipsis falsitatis, obsecenitatis ac scandalorum illecebris sunt refertae. Ac de Inanibus ejusmodi picturis suscepturi operam sumus. Ut autem ne Andabatarum more pugnemus, divellemus operam in Capita duo, Unum agat de Inanibus picturis quoad objectum depictum, alterum de illis quoad pingendi modum. Tu B. L. instituto, si mereri videbimur, fave,

# DE INANIBUS PICTURIS

quoad  
OBJECTUM DEPICTUM.

Generalia  
resciantur.

**D**E generalibus autem oppido securi, falcem jam non mittimus in alienam messem, illas admodum modo picturas, quæ censoria, ob latentem fulum, pulsari merentur virgula. Unde quæ de Pictura tum Inventoribus, artis progressu ac *auxiliis* videas hinc inde, ea curam nostram non sollicitant.

Cui interim vacat, videre is potest *Eliau. L. X. c. 10. p. m. 184. L. IV. c. 3. p. 97. Plin. L. XXV. c. 9. L. XXXV. c. 3. Erasm. Francisci. P. I. der Lustigen Schaub. p. 181. Jac. Masen. in Spec. Imag. c. 78. p. 973. 974. 975. Piccart. Observ. dec. XI. p. 275. 276. Joseph. Scaliger L. III. Epist. Epist. 133. ubi de simplicibus picturis Christianorum quædam habet. Conf. Camerac. ad 1. Tuscul. p. 21. ubi de imperfectione artis pingendi ante Dureri & Lucæ tempora agit. Ipse Albertus Durerus edidit Institutionum Geometricarum Libros IV. pro Pictoribus, Lapidariis, &c. vid. de Durero Opuscer Chronog. p. 755. de ejus artificiosissima pictura Joseph. Resacenum in Prospektu Mundi p. 9. Baptista de Albertis Florentinus scripsit de Pictura Libros tres. vid. Molan. L. II. de SS. Imag. c. 69. p. 236. Conf. Vossius L. III. de Progress. Idol. c. 46. p. 485. edit. Amstelod. ubi citat eruditum opus Francisci Junii, Francisci Filii qui tribus libris de Pictura veterum egit. Idem quoque de *εὐχαισιν* s. arte pingendi in ceris vid. L. IV. de Idol. c. 91. p. 166. & de *εὐχαισιν* s. genere pingendi, quo muros pingebant, de Pictura Joseph. p. 129. Nota vero in Hollandia præstantissimos Pictores fuisse Martinum Heinskerckium, Petrum Longum, Gvilielmum Tettero, Erasmum Florim, Antonium Morum, Philippum Gallatum, vid. Valer. Andree in vita Opusceri. Conf. Opusceri in Opusceri Chronog. p. 796.*

Publicè &  
privatim  
dantur In-  
anes pictu-  
re.

S. II. Placet enim nunc saltem male tornatas incudi reddere picturas, ut cum Horatio loquamur, & minus probatas picturas sectari tantummodo, quarum certè tam privatarum quam publicarum difficilis haudquaquam annona est.

Post-

Postquam scilicet exibat Lex illa Thebana, præcipiens pictoribus, eis τὸ κέρτιον τὰς εἰκόνας μακρῶς, nisi velint, si eis τὸ χεῖρον picturam expressissent, ἔπιμα τὸ τιμητικὸν δῶρον, (ap. *Ælian. L. IV. V. H. c. 4. p. m. 94.* qvalis etiam Lex apud Ægyptios viguit, vid. *Muret. ad Nicomach. p. 249.*) certè inanes picturæ admodum ex officinis solent prodire frequentes. De privatis privatum esto iudicium. Utinam verò non publicæ etiam pseudo-picturæ spectantium oculos fœdarent, calumniandiqve adversariis nostris uberem satis præberent materiem. Molanus certè *L. II. de Hist. SS. Imag. c. 70. p. 539.* egregiè in nostris hanc pingendi fuggilat luxuriam, nec veretur asserere, Uxorū eleganter & amatoriè depictarum passim in templis nostris extare effigies, (quarum tamen loca significare debuisset Jesuita,) Christi & sanctorum Imaginibus substitutas. Et quanquam non desit, quod responderi possit Jesuitæ, ipseqve potius cum nasutis fratribus convertere oculos debeat ad spectabilem illam picturam, quæ Johannem IIX. sistit ap. *Job. Bocatum in de Clar. Mulier. c. 99.* mirabili naturæ virilis metamorphosi (Stephanus enim Forcatulus suspicatus est Johanni IIX. accidere fortè potuisse, ut sexum mutârît, vid. *Salmus b. in Not. ad Pancir. P. I. p. 411*) partum edentem, circumstantibus Cardinalibus & Episcopis obstetricibus: Viri tamen inter nos, quibus altior sensus, ad fucatas illas picturas nausent haud parum. Atqve optandum foret omninò, ut, quod de Diogeneto Magistro suo in arte pictoriâ scribit Marcus Antoninus Philosophus, Imp. didicisse se ab eo τὸ ἀνεύουρον b. e. ne vana profectus amplecteretur, falsa pro veris; optandum, inquam, foret, ut hoc ipsum nostri quoqve discerent pictores, forsitan ad honestiora sæpius Penicillus applicaretur. vid. *Piccart. Obs. decad. XI. p. 276.* Habeant fanè pictores *τὰ σφισματα τῶν χρωμάτων s. colorum fucos*, quorum in adumbratione s. obfuscatione usus est; (vid. *Arnoldus Chupmarus de Arcan. Revue publ. p. 8.*) sed maneant honestas, pudor, pietas, illæsa.

§. III. Posses verò haud faciliè significantius describere Inanes Inanibus picturas, quam illo Lucilii versu (*L. I. c. 22. ap. Laëtant.*)

Pergula pictorum, veri nihil, omnia vana:

quippè quæ nihil aliud sunt quam cœca cœcorum hominum

Inanibus  
picturarum  
descriptio-  
ac Deimi-

plasmata', nihilque in recessu foveat, sed, (ut *Barclaii simile L.I. Argenti*. huc transferamus,) ut quidam fructus sunt ad videndum voluptatem, quos si velis ad gustum transferre, famem ingrato aut noxio succo fallerent: (de his ad Asphaltidem Lacum *v. Bartbol. de Saligniaco Itiner. Hierosol. T.IX.c.6.*) sic ipsæ oculos vanâ ac eblanditâ saltem specie eludunt. Quod si penitius illas finire malis, dixeris *cas Figuras artificiales, in quibus ab imperitis aut nequam pictoribus colorum fraude representantur ea, quæ falsa, obscœna ac scandalosa sunt, ut Incautioribus imponant.*

Figuras diximus, juxta illud vulgare: picti dic esse figuram: artificiales, ut divortium faceremus à naturalibus, quibus haud raro Ludit in humanis divina Potentia rebus. Uti fortè in *Plinianis* monumentis *L.XXXVII.c.1. extat*; Regem Pyrrhum habuisse Achaten, (in Græciâ effossum,) in quo novem Musæ & Apollo citharam tenens spectarentur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia. *Conf Excell. & Ampliff Dn. L. Alberti Præceptoris nostri venerandi Disput. de Fig. in Fossil. Comitatus Mansfeldici.* Differentiam detumimus à causis, quod patet.

Distinctio earum ratione obiecti.

§. IV. Liceat autem distingvere Inanes picturas ratione obiecti in falsas, obscœnas ac scandalosas. Hæ enim species constituunt nobis generalius sic dictas inanes picturas. Nunc de singulis agemus in partè.

Falsæ picturæ quæ?

§. V. Ac picturas falsas quod attinet statim, referendæ in earum censum sunt illæ, quæ ex cerebro pictorum tanquam Minervæ quædam ex capite Jovis prodierunt tantummodò; quales sunt Utopiæ in Papatu Sanctorum, (quorum catalogum exhibet *Gisb. Voëtius P.III. Select. Dissp. à f. 473. usq. 539.*) Imagines, quarum si ineundus mihi numerus esset,

Promptius expediam quot amaverit Oppia Mœchos,

Quot Themison ægros autumnò occiderit uno. *Juv. Sat. X.*

Recensendæ tamen aliquot sunt.

S. Christophori Imag.

§. VI. Offert autem sese nobis illicò S. Christophorus, vastissimâ corporis mole depictus, humeris Jesulum bajulans; qui

hanc nunquam vitales aspexit auras, quod vel ex ipsius historiae circumstantiis & teste facti, qui se ipsum tanquam sorex miserè prodit, colligere possumus.

Unam horis, omnes noris, ait Comicus de suis, nosque meritò de Utopicorum Sanctorum Imaginibus id ipsum asserimus, quas quis non explodat, si Christophorum modò cogitaverit huncce? debet ille suos natales *Jacobo de Voragine Leg. XCV.* quem etiam Autorem pictores secuti sunt. Piget onerare calamum chartamque puerili ac prolixiori illà historià; quomodo scilicet Christophorus ab Eremità ad fidem sit conversus, quidque circa conversionem hanc acciderit. Quædam extremis saltem labiis delibabimus. Dicitur ibi, Christophorū latitasse in domunculâ. Quasi scilicet Polyphemi casulas inhabitarent! Et hæc tamen *Molano L. III. de SS. Imag. c. 27. p. 312.* plausibilia sunt. Porrò ibi traditur Christus ab illo super flumen verticosum translatus, & quidem post multas Christophoro allegatas preces, Ast ubi illud flumen? in Utopiâ. Convenitné ut Creaturam roget Creator? num tum temporis non erat omnipotens Christus? Quamquam ipse *Molan. l. c. p. 312.* hanc picturam numeret inter eas, quæ probabiles sint simplici populo; apud doctos tamen aut parum, aut nihil probabilitatis habeant. Negat verò de translatione per mare & aliis, quæ appinguntur, quicquam in MSto legi. Nimirum pudet Jesuitam frigidissimæ fabulæ, hincque, nescio quæ MSta fingit, Josuæque inveteratos calceos nobis obtrudere parat, ut tam insanis se explicet somniis. Quod equidem pateremur fieri, modò & Fratres Molani nobis crederent, ex nostris scriniis aliquid subinde producentibus. Quod quis juris in alium statuit, ipse ut eodem utatur, æquum est. Quia autem hoc non faciunt, neque nos credimus eorum schedis, sed historiam, prout in Aureâ legendâ extat, assumimus interim, donec illi helleboro largiter purgentur. Quid? satis absurdum est, etiamsi cætera absint, credere, Christophorum olim reverà exiitisse. *p. 314.* Hoc enim sedet Jesuitæ. Unde *Philippus Melanchthon* ei vapulat, qui in *Conf. Aug. Apolog. Artic. XXI.* hanc picturam sic exponit: *Christophorum pinxit aliquis Vir prudens, ut significet per allegoriam, magnum oportere animi robur esse in his,*  
qui

qui ferrent Christum, b. s. qui docerent Evangelium nec confiterentur,  
quia necesse sit, subire maxima pericula. Deinde Solidi Monachi ep.  
Populum docuerunt invocare Christophorum, quasi talis Polyphemus  
aliquando extitisset. Conf. Centuriator: Cent. IV. c. 12. Alias noti sunt  
versus, Imagini huic ascripti, quorum ipse Molan. l. c. p. 312. me-  
minit:

Christophore sancte  
Virtutes sunt tibi tantæ,  
Qui te mane vident,  
Nocturno tempore rident,

Christophori Sancti speciem quicumque tuetur,  
Ita nempe die non morte malâ morietur.

Hymnum quoque in eundem Christophorum pictum conscrip-  
sit Hieronymus Vida, Cremonensis Poëta, hunc in modum:

Christophore infixum quod eum usque in corde gerebas,  
Pictores Christum dant tibi ferre humeris.

Quem gestans quondam multa es perpeffus amara  
Te pedibus faciunt ire per alta maris.

Id quia non poteras nisi vasti Corporis usu,  
Dant membra immanis quanta Gigantis erant.

Ut te non capiant quamvis ingentia templa,  
Cogeris & rigidas sub Jove ferre hiemes.

Omnia quod Victor superasti dura, virentem  
Dant manibus palmam, quâ regis altus iter.

Quod potis ars tibi dat, nequeat cum fingerè vera,  
Accipe cuncta bono, tu bonus ipse animo.

Et hæc saniora sunt, quæ respicere debuisset Jesuita, an non ma-  
ximam partem cum explicatione Melanchthonis convenirent,  
quidem non merebatur perstringi. Interim Christophorum  
nunquam in humanis fuisse ipse Villaviciensis Theologus Pontifi-  
cius de Rat. Stud. Theol. L. III. c. 7. asserit. Conf. Andreas Rivetus in  
Jesuitâ vapulante sin Castigat. Notar. Sylvestri Petra Sancta cap. 6.  
p. 515. T. III. Oper. & Chamier. T. I. Panstrat. L. II. c. 16. vid. Excellent. &  
plur. Reverend. Dn. D. Job. Frid. Mayerum in Diss. Num Joseph tem-  
pore natiuitatis Christi fuerit senex decrepitus? nec nisi trepidè  
Christophori giganteum Corpus asserere conatur Semarius de  
Linn. p. 312.

**§. VII. Nec melioris moneta est S. Georgii Imago cum arma-** S. Georgii Imago.  
 turâ equestri, quam defendere nititur *Molan. L. III. de SS. Imag. p. 277.* eò quod eam in Ecclesiis suis non tantùm Latini, sed & Græci Cretenfes, Corcyraei & Veneti reseruent. Egregium sanè atq; invictum, si Diis placet, argumentum! Collige: quia pictura hæc apud Latinos, Græcos & alios prostat, E. Georgius fuit in rerum naturâ. Probet Jesuita, picturam illam probatam ac veram esse. Nec extat talis apud eos populos. Monstret & proterat tabulas. Sed finge extet: quid tum! Pictura Chederlem apud Turcas in magnificâ æde recondita servatur, ergò Chederlem fuit aliquando in rerum naturâ? id verò ipse Busbequius Papista negat. Nimirum quasi verò inanes picturæ non ubivis occurrant. Probet saltem Molanus unico bonæ fidei teste Georgii vitam factaq;ve. Quia autem id non potest, actore non probante **lis** abrumpitur.

*De Chederle vid. Aug. Gislen. Busbequius Epist. I. Legat. Turcic. p. 67. ubi sic ait: Monachi Turcici, quos Dervis vocant, insignem habent edem in Theke Thioi, quam dicunt structam ab Heroe quodam Chederle, summa corporis & animi fortitudine, quem D. Georgium fabulantur fuisse, qui vasti ac horrendi Draconis cade servasset expositam virginem. Addunt quoq; Georgium illum per longinquas oras peregrinari solitum ad fluvium postremò pervenisse, cujus aqua bibentibus præstaret immortalitatem. Qui quidem fluvius, quâ in parte terrarum sit, non dicunt; nisi fortè in Utopiâ collocari debet: tantum affirmant, illum magnis tenebris, multâq; caligine obductum latere; neq; cuiquam Mortalium post Chederlem, ut illum videret, contigisse. Chederlem verò ipsum, mortis legibus solutum, huc illuc in eqvo præstantissimo, qui similiter ejusdem aqua haustu mortalitatem exuerit, divagari: gaudens præliis adesse in bellis melioribus, aut iis, qui ejus opem imploraverint, cuiuscunq; tandem sint religionis. Huc usq; Busbequius. Illud verò notabile, quod iidem hunc Heroem unum ex sociis Alex. M. fateantur fuisse. Cæterum nunquam Georgiuth talem vitales auras hausisse, sed convictam hanc historiam atq; picturam à SS. Patribus propriè hunc in usum, ut doccat, quomodo Magister Politicus gerere se debeat in juvandâ*

B

*euendâq; Ecclesiâ aduersus Draconem diabolum, qui sine intermissione & mille modis insidiatur Virgini Ecclesia, ejuq; Sponsò Christo, Agno immaculato. doctrina Villavicentii c. 7. L. III. de Rat. Stud. Theol. est, quam bonam euidem vocat Molanus. sed fabulosum Georgium esse non permittit.*

Ursulæ  
Imago.

§. IX. Sic pari falsitate laborat Ursula cum 11000. Virginibus nunquam visâ, cum nunquam visis, quam tamen pictorum Collegium in numerum Sanctorum adoptavit, ut apparet *ex Gisb. Voërio Dissp. Select. P. III. p. 472. seqv.* Aperta hæcce mendacia tanquam Polypi in fame suos pedes corrodunt, eaqve recensuisse refutasse est.

Rectissime igitur *Dn. D. Job. Frid. Meyerus in cit. Dissp.* dicit: primum post Pontificem Romanum locum obtinere pictores. Ex eorum siquidem ingenio pendent sancti sanctæqve, & fictæ illæ Apotheoses.

Catharinæ

§. IX. Nec abest à falsitate Catharina depicta. Ac quancquam in almâ Academiâ nostrâ in eo Conclavi ubi eligendis Rectoribus Nationum habentur Comitia, ponè Aristotelem & Philosophos disputatio S. Katharinæ cum quingvagina Oratoribus extet, nullam tamen non-enti largimur affectionem, sed fabulorum Monachorum, à quorum deceptionibus nos altissimus liberavit clementissime, testem eam reservamus tantummodò, vanitatisqve eorum certissimam interpretem. Imaginem tamen Katharinæ hujus pro solidâ deputat *Molanus*, quod non mirandum. *L. I. de SS. Imag. p. 367.*

De Catharinâ hâc Chimæricâ videri omninò meretur *Excell. Dn. Thomasius, Præceptor noster volendiss. ex cuius Pirene, quod publicè in ejus honorem fatemur, hausimus interdum, in Programm. Baccal. A. 1662.* ubi vitream hanc fabulam erudito pulsu confringit. Equidem illa ipsa *Catharina non modò inter XIV. Apotropæos Divos (Die vierzehnen Nothhelfer)* numerata fuit, sed & *Patrona à Philosophis assumpta, quasig; Pallor quædam Christiana habita, àq; Friederico Sapiente, cum Witebergam Academiâ fundaret, Artificia Facultati tanquam Dea tutelaris diplomate fundationis præscripta ac commendata; Unde in hunc usq; diem ab inclito Witebergensium Philo-*

*Philosophorum Collegio & Catharina celebrari quotannis, & pro  
 sigillo Iconem Catharina usurpant, cum gladio ac rotâ truncatâ, ex-  
 purgato tamen, uti par est, omni impia venerationis cultu novimus.  
 videlicet ubi Autores in hanc rem legendos longè ordine inve-  
 nient citatos. B. v. Lutherus Catharinam in eadem classe cum  
 Georgio, Christophoro, hujusque commatis aliis reponens,  
 haud indicat obscure, Legendam illam sibi planè commentiti-  
 am videri: & profectò narratio illa suspecta esse cepit etiam an-  
 tè Lutherum auribus purgatis, idque duas præcipuè ob ratio-  
 nes: ob silentium scilicet Eusebii, aliorumque veterum Scripto-  
 rum, & incoherentiam ipsius historiarum, quippe cum Alexandria  
 à Maxentio interfecta scribatur, quem tamen Romæ coluisse  
 totoque tyrannidis suæ tempore Alexandriam non vidisse,  
 constabat. Aliàs Catharinam hanc Utopicam operosè defen-  
 dere nititur *Senarius Litan. II. 22. p. 121. sqq. Gress. II. de Fest. cap. 8.**

*p. 337. sqq.*

§. X. Nec præter meritum falsitatis insimulari potest Marga-  
 rethæ Uxoris Comitis Hennenbergici & filii Florentii IV. Co-  
 mitis Hollandiæ unico partu 365. diversi sexus homines exclu-  
 dentis, Imago, quæ ostentatur in templo Loosdunensi, cum in-  
 scriptione & pelvibus, in quibus baptizati dicuntur infantes.

Margare-  
 thæ Hol-  
 landicæ  
 pictura cū  
 365. facti-  
 bus.

Non denegant equeidem huic historiæ calculum suum *Junius in  
 Batav. p. 346. & Erasmus, Ludov. Vives, Bertius in Tabulâ Geograph.  
 Gvicciardin. in Descript. Belgii, Wendelinus in Admirandis Nili c. 24.  
 Cornel. à Lap. in Devt. XXIV. exacteq; eandem commemorat Came-  
 nur. Cens. II. p. 274. H. S. sed eam erudito halitu diffat Gisb. Voëri-  
 us Dissp. Select. P. I. p. 792. Incidit quippe historia hæc in tempus,  
 (ann. scilicet 1276) mendaciis admodum sæcundum, quodque in-  
 anibus Clericorum miraculis, (per quæ spolia sua provehebant  
 in majus, ac terriculamentis ejusmodi fictæ paupertatis largio-  
 res inveniebant sustentatores,) scatebat. Hinc Abbatia Loos-  
 dunensis hujus historiæ unica mater ac nutrix facta, quam eâ  
 occasione à rerum novarum avidis imprimis ditioribus & ma-  
 gnatibus non infrequentius visitatam norunt omnes, qui no-  
 runt, quæ fuerint aucupia Monastica. Quid? quod in *Chronico  
 Ad. Sto. quod accuratissimè res in Hollandiâ gestas, quæ quidem in illu-**

*ſri poſita ſunt monumento, annotavit, & adhuc, (verba Voëtii ſunt,) in Camera Rationum detinetur, hujus miraculi nec vola comparet nec veſtigium. Temerè quoq̄ve miraculis quis adhibeat fidem? omnes certè hiftoriæ hujus circumſtantiæ ſunt ſuſpectæ. Mater, filia ſcil. Comitum Hollandiæ & Uxor Comitum Hennenbergii in Genealogiâ Comitum de Hennenberg non comparet. Nunquam enim Comitum illorum, quisquam filiam Comitum Hollandiæ duxit. Nec Hermannus Comes Hennenbergicus viſibilis eſt. Et quis non videat abſurdiſſimum eſſe, Comitumſtam credere non potuiſſe, quod fœmina gemellos uni viro debeat? Nec Otto Epifcopus Ultrajectinus Patruus hujus Margarethæ, quem dicunt in perſonâ (alii per ſuffraganeum Gvidonem,) hos infantem baptizaffe, fuit tum inter vivos. Erat enim Epifcopus Joh. Naſſovius, & antè eum Henricus Vianenſis. Nomen quoq̄ve puerperæ aliis Margaretha, aliis Machtildis, aliis Heda. Quid quæſo veri ſubſit tam diſſonæ hiftoriæ? rerum enim furivarum tumultuaria videtur ſarcina. Plures rationes vid. *ſcit. Voët. & conf. Dalecamp. in Plin. L. VII. c. 3.* Nos interim in memoriâ hic nobis revocamus illud Senecæ: *Quidam incredibilium relatu commendationem parant, & lectorem, aliud æſturum, ſi per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidam negligentes: quibusdam mendacium obrepiſt, quibusdam placet. Illi non evitant, hi appetunt. Nat. quaſt. c. 16.**

Herculis  
fabuloſi pi-  
ctura.

§. XI. Quorſum a. niſi ad picturas falſas, ſpectat Hercules, depictus variè, ut ex largiſſimâ gentilium pseudo-picturarum meſſe unicam colligamus ariſtam? & hoc ideò maxime, quia hæc pictura admodum eſt obvia. *Solet autem ille vel ex hieroglyphicis Ægyptiorum triceps depingi, ita quidem, ut à dextrâ caput canis blandientis, in medio Leonis, à lævâ rapacis lupi ſit poſitum: vel ex præſcripto Luſiani Senex & Calamiſter, ad modum ſeniorum nautarum marinorum, indutus pelle Leoninâ, dextrâ ῥύπαλον ſ. clavam, ſiniſtrâ arcum tenens pharetrâ de humeris dependente, catenis ex auro & electro per linguæ extremitatem inſertis & auribus multitudinis, ſpontè ſectantis alligatis.*

Ex rei veritate Michael Maierus in Hieroglyph. Ægyptio-Græciæ L. V. p. 210. inſert: *Illum ipſum Heron, cui tor, tales ac tanti labores imperati*

perati dicuntur, vix unquam extitisse, facile convinceremus, nam quidem histori arum monumentis, quæ vix ulla, nisi Poëtarum allegorica adsunt, sed ex consideratione ipsius subjecti, & laborum, quos perpessus traditur. Utique enim merè allegoricus Hercules hicce est, quod pulchrè ostendit *Vossius quog, L.I. de Idol. c. 35. p. 136. L. II. c. 15. p. 193. seqq.* Ubi benè distingvit inter Herculem Phisicum, Moralem & Theologicum. vid. ipsum l. c.

§. XII. Hastenus de Inanibus picturis falsis ratione objecti Pictura A-  
 personalis, nunc quoque de talibus ratione objecti realis sumus lex. III. Pa-  
 acturi. Ac ad has quidem *ex mente nobilissimi Paris Reinesii ac* p. 22 Friede-  
*Schurtzseischi* reducenda est illa pictura, quæ Alex. III. Pontif. ricum Bar-  
 Rom. calcantem collum Friederici Enobarbi continet, & in au- barossam  
 là Consilii Venetiani conspicitur. calcantis.

*Celeberr. Dn. Thomas Reinesius Epist. LVII. p. 516. sic habet: Calcatus ab Alex. III. P. R. Friedericus Imperator ὀλολήθημα καὶ σαρκῶν μυθῆριον ἐστὶ. Origines ejus satis conspicua sunt. Senenses tali picturâ acrium suum publicum exornasse, (Hieron. Baridi Flor. L. de Victor. Naval. Venet. contra Osbonem Fried. F. p. ult. in Ecclesiâ majore Senensium antiquam omnium inter Alex. & Fried. actorum picturam extare dicit;) nemo miretur, quod Alex. Civis sui honoribus, & valida apud Italos Gibellinarum odio Imperatoris astuantium, Pontificis verò amore cæcorum, factioni stabilienâ defendendâq; excogitata esset, quamvis à posterioribus, & suspecta fidei. Picturam collo Imperatoris pedem suum imponentis Pontificis cum dicto Davidico & responso Imperatoris & replicâ Pontificis reperiri bodiè, opus Fried. Zucari artificis, in Salâ. aulâ Concilii Venetiis, memorat Sansovinus L. IIX. Descript. Vener. p. 245. & c. & c. Vocat deinde historiam hanc ψῦδος ἐκ πάρα γάνων, simpliciterq; negat, quoniam è vetustioribus fidem indubitatam rei struere, sed totum hoc κενεακῆς καὶ Παιδιῶν λαλιᾶς, à garrulo nimirum & mendace vulgo profectum τῆξιν ἔχειν καὶ δύναμιν.— Hominum sacrorum hyperbole est;— generoso Imperatoris Friederici Spiritui & genio Majestatis sua tenaci optime convenit, quod, cum procumberet ad pedes Apostolici, dixisse fertur: non tibi sed Petro; protestabatur enim sic de eo, quod sibi arrogabat Pontifex, non agnito, nec concesso; impactos autem collo suo calces Pontificis pertulisse, ignavum ac servile fuisse, & fortasse in*

*fastuoso pectore à Virò bellatore irribili valde ac graviter in se solito, pugnis vindicandum;* — *Sententiam meam inde jurari scias, quod Sigonius, L. XIV. de Regn. Ital. rem uti gesta Venetis inter Imper. & Pontif. omnem è Pontificis literis ad Abbatem Casinensem 7. Calend. Aug. datis è Rivo-alto & è tabulario Bonon. recitat: suppedii v. facti Imperatoris haud meminit. Sanè conveniebat fastui Pontificis & negotio ipsi, quod querebatur, eminentia supra Imperatorem concepta; si inequitanti Imperator collum prabuisset, id verò non tacere. — Sigoniam puduit futilis mendacii, quod tacentibus antiquis posteriores extrussissent, & natum è vulgaribus rumoribus fictis picturis asfruere laborassent; eadè judicium in scribendâ historiâ suam & gravitatem & fidem nobis abunde prabuìt: quæ in cæteris, fabula istius Patronis, desideramus. Hæc prolixius è Reinesio racemari libuit, quia mereri videbantur. Excell. v. Schurtz fleischius in Dissert. Auspicali A. 1672. Quid expediat Imperio? simul cum Reinesio præter verum esse putat, quod vulgo approbant, Friedericum I. genibus Alex. III. advolutum, subter Pontificis calces procubisse; Nam id, ait, neq; respondet ingenio Friederici, qui Adriano edixit, abstineret injuriâ, neq; convenit animo eorum, qui Imperatorem Magno Studio in Italiam usq; comitati fuerant, quippe non permissuri, violari Imperatorem, & unâ violari caput suum. Ut non referam Radevicum, qui ex professò res gestas Friederici Anobarbi composuit, nec verbo hujus rei meminisse, pro industriâ alioq; & fide suâ memoraturum, si quid tale accidisset, cum alia probrosè in Imperatorem dicta consultaq; temerè idem non prætereat. Crederem quoq; scripturum hoc fuisse Romualdum, Salerni quondam Episcopum, qui præsens Imperatori, & societatis ipsius cupidissimus fuit. Hæc Polyhistor Schurtz fleischius. Cui cum Reinesio calculum adjiciunt Baronius, Georgius Remus Jctus Noricus, qui peculiari dissertatione Friedericum ab hac injuriâ vindicat. Consentit Hörnius Orb. Imp. p. m. 51. vulgarem traditionem vocans, nec credibile ducens, ausurum fuisse Papam tam contemptim habere armatum Imperatorem, vel tantam contumeliam laturus fuisse Germanos, qui in longè minori casu, cum Legatus Pontificis superbius in Comitibus Germanorum Principum loqueretur, vix id ipsum rulerint, Ottone Wittelsbachio, Comite Palatino, stricto ense caput illi nebuloni amputare propè vent. aut. Conf. Lehmannus in Chron. Spiren. L. V. c. 36. Verum non desunt*

desont Viri summi, qui in diversa defleant. Sanè huic hi-  
 storiz fidem habent *Mornau in Myst. Iniqu. Rivetus in Castig. no-*  
*tarum Sylo. Patru S. Soc. Jesu in Epist. P. Molinai ad H. Balsacum c. 28.*  
*n. 4. R. Montacutius in Antidiatr. adversus Buleng f. 165. Gerhardus in*  
*Epist. prefixa L. II. Confess. Cathol. Conf. Cluver. Epit. Hist. pag. 450. &*  
*Dissert. M. Artopai Anti-Baroniana, ubi asserit, Hala Saxonum in*  
*templo Mariano, in valvis altaris extare talem picturam, in qua Im-*  
*perator coronâ insignitus humiq, procumbens, Papa verò collum ejus*  
*pedibus premens expressus est, adjectis verbis: Sanctus Josua, Ubi fu-*  
*cum Jesuitarum notat autor.* Franciscus quoqve Patritius tan-  
 tum pictoribus tribuit, ut solâ picturâ Venetiis spectandâ con-  
 tentus crederet, Alex. III. Cervici imperatoris Friderici Barba-  
 rossæ insultasse, *vid. Ampliss. Dn. Weisius in Idea Boni Historici c. 2.*  
 §. 1. Accedit verò etiam viris, in affirmativam sententiam ce-  
 dentibus, *Excell. Dn. L. Fellerus, Patronus noster estimatissimus, ab*  
*Hornio l. c. discedens,* non modò picturam illam in publico Vene-  
 torum palatio extantem non contemnit, tam celebrem *Rempubl.*  
*baudq, aq, illud representaturam statuens, cujus apertissima fal-*  
*sitas ostendi ab aliis potuisset:* Sed etiam insuper censet, faciliè tan-  
 tam in Imperatorem crudelitatem à se impetrare Papam, nec  
 Imperatorem, *ἤρω κόρταρον* quantumvis suppedium effugere  
 potuisse, *pro amore scil. in filium captivum, & pacem diu in Europâ*  
*exulantem.* Adducit loc. *ex Chron. Carion. L. II. p. 747.* qui sic se  
 habet: *Vicit optimum Principem opinio religionis, cujus in animos*  
*hominum magna vis est, praesertim si superstitio accedat, qua tum re-*  
*gnabat. vid. ipsum in Annos. ad Hornio l. c.* Cum Excell. Fellero con-  
 spirat *Dn. Wagenfeilius Prof. Altorfinus Diss. alterâ de Imp. ubi con-*  
 culcatione plurimis argumentis vult statuminare. *Conf. Excell.*  
*noster Carpz. not. ad Schickard. Jur. Reg. Hebr. c. 4. Th. 23. p. 232.* Nos  
 inter opposita Eruditissimorum Virorum subsellia mediū ince-  
 dentes, Arcesilaum, Scepticorum Principem h. laudimus, qui  
 in neutram controversiæ partem decidendum esse putabat, ne  
 erroris periculo vir sapiens se objiceret; nihilqve pro mode-  
 stâ juvenili in contrarium molimur, ne id in nos quadret, quod  
 Græci ajunt: *Οἷς πρὸς Ἀθηναίαν ἔγεν ἡ ἑρσὴν* Videat verò *Rupertus*  
*in Epist. ad Reinolfum p. 512.* quocumque in illos, qui hanc historiam  
 pro verâ deponant, *aburpet Seneca asserit; Multi perorant ritum*  
*sequun-*

*sequuntur antecedentium progem, pergenitum quod eundem est, sed  
quod itur.*

Danielis  
decollati  
Imago.

§. XIII. Certius autem falsitatis iudicium ferimus de pi-  
cturâ Danielis sub schemate decollati expressi, à quo fato Spiri-  
tus S. eum eximit ipse, dum placidissimè eum vitæ deposuisse mi-  
num, ex Dan. XII. 13. colligimus.

*Cornel. à Lapide sub Imagine ex Vaticano vetusto Græcorum Menologio  
MSC. & picto, auratis imaginibus ad vivum ante annos DCC. desum-  
ptâ, narrat, Daniele eum tribus sociis Babylone tandem capite rrun-  
catum fuisse ab Attico; sic enim Comment. f. 1264. ait: In vetusto illo  
codice Basiliæ Porphyrogeniti Daniel sub Attalo capite plexus depin-  
gitur, & subiectâ Scripturâ historicè enarratur; cuius rei fides sit pe-  
nes ipsum. Nam nullus veterum Patrum vel Historicorum, quod  
sciam, hoc memoria prodidit. Hæc Jesuita Lapideus. Enimverò  
portentum fabula meritò Clariss. Reinesius vocat, L. II. Var. Lect. c. 13.  
p. 232. eò quod Atticus, (seu uti in Commentario legitur, Attalus, nam  
& hoc Romanum nomen est.) Romanum sit cognomen; à Romano au-  
tem homine Judæum plebæ Babylone, imperante Cyro, cum Roma  
eum nullius penè esset nominis, cum decollatio nondum esset in usu,  
(ut potè quæ sub Cesaribus demum cepit,) id puerile prorsus esse deli-  
rium. vid. Magnif. ac Summe Reverend. Dn. D. Geierus in Comment. ad  
Daniel. p. 9.*

Aliæ quæ-  
dam pictu-  
ræ falsæ.

§. XIV. His picturis falsis aliæ quoque annumerandæ veri-  
rent, quas omittimus tamen, quia falsitate nimis manifestâ in  
cineres concidunt ultrò. Quarum è numero est illa, cujus me-  
minit Molan. L. II. de SS. Imag. c. 6. p. 48. Christi nimirum Domini  
nostri, quæ integram ejus expresserit proportionem, quamq; ipse  
Nicodemus, qui nocte ad Jesum venerat, propriis manibus compo-  
suerit. In quo enim quæso Papistarum Parnasso somniavit Ni-  
codemus, ut repentè pictor prodiret? Unde probabit Jesuita  
novum huncce pictorem? nisi fortè Papistæ hanc sibi arrogant  
Prestatam, ut quemadmodum indies novis sanctis, contra cer-  
tè stylum Julianum Gregorianumque, onerant Calendaria, ita  
& veris pictoribus Chimericos addere & obtrudere possint.  
Nimirum & hoc eorum Ratione Status arcanum est, quo è  
sum-

simpliciorum crumenis nummos eliciunt, cupidis talium, ac in inania pronis. *vid. supra §. X. quæ adduximus ex Voetio.* Sic pariter cum hæc ipsa Nicodemi pictura passu ambulat illa, quam *Aurea Legenda adducit L. XLVI. quæ Mariam, à Luca egregio Medico & pictore, (& Evangelistâ,) formatam, virginis, per omnia similem redditam, exhibeat: hancqve ipsam adhuc Romæ in Ecclesia, quæ dicitur S. Maria Major, asservari, eamqve, cum gravissimâ Romæ pestis orta esset, neque diminui posset, quin ingravesceret potius, à S. Gregorio in processione circumductam fuisse.*

Equidem haberi Mariæ Imaginē Romæ indicto Templo, concedere possumus, sed quis credat, Lucam illam ipsam elaborasse? quis putet Mariam matrem Domini, & non potius Glyceriū aliquod Rom. Pamphili, expressam? nec n. hoc apud Papistas mirum.

§. XV. Transimus nunc ad picturas obscœnas, quas inanes esse quis ibi inficias? Meritò & graphicè invehuntur in illas passim Autores, quorum quosdam in scenam perducemus. Ac ducat agmen *Arnobius Afer L. VI. advers. Gent. Quid ego, inquires, Diis datas falces & fascinas Video, quid cornua, malleos & galeros? cum simulacra quadam sciam certorum esse hominum formas, & infamium lineamenta meretricum. Sic Quinctinus Heduus (ap. Molan. L. II. de SS. Imag. c. 38. p. 130.) ad Can. xx. Synodi Gangrensis: Infames, ait, & voluptuose pictura nullo debent in Christianorum loco videri, qualibus tamen nunc Principum privatorumq; putant hortos & ades ornari; ne templis quidem nostris ab hac turpitudine liberis. Et Ambrosius Catharinus ap. eund. l. c. c. 42. p. 145. Quod omnium est, inquit, deterrimū, hac tempestate in excelsis tēplis sacellisq; offendas picturas tanta lascivia, ut quicquid naturæ occuluit turpe, ibi liceat contemplari, ad excitandam non devotionē, sed cujusvis demortua carnis libidinē. Benè profectò Erasmus T. V. monet: quemadmodum non decet in familiâ audiri sermonē lascivū, ita nec tabulas haberi convenit impudicas. Loquax enim res est pictura tacita, & sensim irrepit in animos hominum. Turpitudinis delitius quidam sua ornant conclavia, quasi Judenti uti desint irritamenta nequitia. Membra, quæ verecundia causa celas, ne vi-*

Picturæ  
obscœnæ  
non ferendæ.  
dz.

deantur, cur in tabulâ nudas, & nunquam ea pateris abesse à conspectu liberorum? Nec minus eleganter idem in institutione Christiani hominis: Aristoteles, inquit, L.VII. Polit. c. 17. adeo putat picturas statuasq; lascivas ad morum corruptelam facere, ut hoc velit per Magistratum publicis Legibus caveri, ne quid Imaginum sit in Civitate, quod admoneat turpitudinis: lingua loquitur auribus, pictura loquitur oculis; multoq; loquacior est pictura, quam oratio, & frequenter altius descendit in pectus hominis. Quid memorem quanta sit in signis & picturis licentia? Pingitur & oculis representatur, quod vel nominare sit turpissimum. Hac argumenta prostant publicitus in tabernis & foro, & volentium nolentium oculos ingrediuntur, quibus incendi jam frigidus ævo Laomedontiades & Nestoris bernia possit.

Hæc Erasmus ap. Molan. L. II. de SS. Imag. c. 42. p. 146. Quæ verba si unquam aliàs, certè hoc tempore valent, quo pudor ablegatur in villas, & nihil non obscœni in picturis oculis subjicitur.

Minus igitur rectè Plutarchus L. I. Moru! p. 25. picturam etiam rerum malarum si benè exprimat rem, laudat. Et quanquam  
— Pictoribus atque Poëtis

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas:

illud tamen honestati nihil præjudicare potest. Ne enim in profanis quidem picturis quidlibet audendum est à Pictoribus. Qvis enim nesciat, obscœnas etiam Imagines jure naturæ perinde prohibitas esse atq; libros obscœnos? vid. Molan. L. II. de SS. Imag. c. 2. p. 36. Nec hic se approbat Aristoteles, qui minimè omnium est æol. 1505, quando ab obscœnitate liberare vult Cupidines, veneres, & Deos, quibus leges attribuerent turpitudinem L. VII. Polit. c. 17. Nimirum ad eum barbariei gradum vetustiores illas gentes abduxerat hostis Dei, ut turpissima etiam facta laudi ducerent, tabulamq; adeo patratore adscriberent Cælo. Unde verissimè Palingen. L. I. In Cælo est meretrix, in cælo est turpis Adulter. vid. Excell. Thomas. in Disp. de Fab. Poët. §. 11. sqq. Non verò aliam ob causam reor apud Hebræos, Turcas & Orientales Populos picturarum artem pro sordidâ haberi, quam quia tamfacile ad obscœnitatem inclinat. vid. Bodin. L. III. de Republ. c. ult. p. 360. Arnisaus c. XIII. Polit. p. 306. Buch. ad Plin. Conf. de Obscœnis Picturis Clem. Alex. f. 8.

§. XVI.

§. XVI. Prodeant verò nunc picturarum obscœnarum quæ-  
dam exempla. Tale apud Terent. in Eunucho. Act. III. Scen. V. oc-  
currit, quando flagitiosus adolescens spectat -Scorta da-  
pista.

*Tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc, Jovem*

*Quo pacto Danaa misisse dicunt quondam in gremium imbrem aureæ.*

Unde ab hæc tantâ autoritate adhibet patrocinium turpitudi-  
ni suæ, cum in eâ jactat se imitari Deum,

*At quem Deum? qui templa Dei summa sonita concutit.*

*Ego homuncio non facerem? ego verò illud feci ac lubens.* (vid. h.

Lactant. L.I.c.II.)

Usque adeò in obscœnis picturis parata pernicies est, oculique  
in amore duces pravam excitant libidinem, ut non lateat ampli-  
us sed prorumpat

Ut solet effuso surgere flamma merò.

Nec tamen ab illis templa quoque, quod jam §. præced. innuimus,  
potuerunt manere libera. *Albertus certè Archiepiscopus Mo-  
guntinus curavit aliquando in templo quodam scortum suum de-  
pingi, pro diva Virgine.* vid. Schlüsselb. p. 162. *Adiaph.* Quod ab  
impuris fortè gentibus hausit. *Quis enim Praxitelis nescit, Po-  
sidippum si relegat, ad formam Gratinae meretricis, quam infelix  
perditè deperibat, Veneris Cnidia construentem Imaginem?* vid.  
*Arnob. L. VI. p. 115. 116. edit. Elmenborst.* ut adeò adorarent mise-  
ri amicam Praxitelis. Sic cum floreret *Phryne meretrix Thespiaca,*  
*pictores omnes imitabantur Veneris Imaginè ad Phrynes pulchri-  
tudinem.* *Clem. Alex. Orat. ad Gent.* Quid hodiè fiat sæpius, illi  
judicent, quibus seculi pravitas cognita est. Plures obscœnæ pi-  
cturæ occurrent inferius, ubi malitiam pictorum tangemus,

§. XVII. Quæritur autem h. l. *An etiam partes, quas natura ve-* An quædã  
partes nu-  
dz pingen-  
dz?  
*lavit, in historiis tragicis sine quibus intelligi hæc non possunt, sint  
detegende?* ut in historia Cimonis, in vinculis uberibus filia læ-  
tati ac conservati, quam in Curiæ ac Templis Romæ publicè ap-  
pensam esse, cum inscriptione: *Juvat gennisse. & filia responso;*  
*Nondum tantum rependo, quantum accepi:* memorat Philander  
von Sittewald in *lin. Histor.* p. 66. aut Lucretiæ quæ violentum

Ruprum sibi ipsi cruentas inferenti manus, quam sub inscriptio-  
 ne: *Multa hoc mirantur, quia non cuiquam tantum dolet*; idem  
 adducit l. c. Ac in talibus historiis an partes necessariae revelari  
 possint, quæritur? Nos in affirmativam inclinamus. Necessitas  
 enim, ut subtrahatur velum, urget. Tolle in pictura Cimonis  
 miserabilem uberum piissimæ filia: usum, & anima: historiae ex-  
 spirabit? Finge abesse posse à Lucretia pugionem, utero impres-  
 sum, quivis in imagine Lucretia: Lucretiam quæret. Nec ta-  
 les denudatæ partes oculos facile lædent, quin miseria: potius  
 imbuent sensu. Alia quippe Helena:, Ariadnes ac Leda: Dana-  
 es quæ, alia Lucretia: nuditas est. Quid multis? Ipse Spiritus S. no-  
 minat loca pudoris septo inclusa, ubi expedit, vid. Exod. XIII. 2.  
 Job. III. 12. Pl. XXII. 10. alibi: cur pingi ergo illa ubi expedit,  
 nequeant? In ipsa quoque vetustate tales pictura: se offerunt.  
 Sic in nummo Constantini M. quem exhibet *Scaliger L. III. Epist.*  
*p. 439.* puella nuda, quoad superiora, conspicitur.

Einoutus  
 Errata om-  
 nium ce-  
 lebrum pi-  
 storum in  
 imagine  
 Christi  
 sicut.

§. XIX. Pergimus jam ad picturas scandalosas, idè obscœ-  
 nis contradistinctas, quia omnis quidem obscœna pictura est  
 scandalosa, sed non vice versa. Potest enim hæc servari sæpius  
 pudor, haud servata pietate tamen. Et harum statim consortium  
 subit *pictura illa Johannis Einouti, qui florebat A. 1528. Roteroda-*  
*mi, insignis aliàs pictor, qui exemplo Moria: Civis sui D. Erasmi pro-*  
*vocatus pinxit tabulam ex albo Christi affigendi cruci; in qua va-*  
*rii coloris atq; diversa formæ deformium hominum figura conspici-*  
*ebantur: Ita ut artifices in eâ viderent errata omnium celeberrim*  
*pistorum: videretur q; ipse non modò artificibus, sed etiam illis is-*  
*se arti.* Hanc (præter meritum certè,) tanti æstimabat Petrus  
 Longus pictor, ut diceret, eam non posse æstimari auro, sed insi-  
 gni aliqua: Provinciâ. *Vid. Petri Opmeeri Chronogr. p. 755.*

Quid quæso contumeliosum magis in Christum Dominum statui  
 posset? quid majus parturiat scandalum quam quod Salvatore  
 lædit? hoc est illud quod *ap. Gisbert. Voetium p. l. Dissp. Select. ex-*  
*tat: Multi ex aliorum statu fructis & fufis suam constant, cum q;*  
*Caligulâ parati sunt, ipsi Jovis simulachro caput auferre, ut suum*  
repo-

*reponant in locum.* Sanè enim præcipiti ambitione ductus alio-  
rum pictorum omnium Dictatorem voluit agere, illosqve aut  
fungos putavit, aut certè tales, quorum operâ facillimè carere  
posset, cum solus ille sapiat, cæteri qve peponem habeant pro  
corde. Hinc etiam divini nominis ruina gradum sibi ad glori-  
am facere voluit, ingloriam omninò consecutus gloriam. In  
Christo siquidem errores artificum experiri velle, cui omnes  
potius artis debebantur veneres, nihil est aliud, quam inge-  
nio optimo malè uti, quod de *Gracchia Valle* habet *L.II.c.7.S.1.*  
aut dignum esse cum ceritis piari, ut *Barclajus* loqui amat.

§. XIX. Sequitur hanc parisi impietatis ac scandali rea pi-  
ctura, quam *A. 463.* Leone Constantinopoli imperante perie-  
cit pictor quidam, *Sabatorem in eâ, secundum similitudinem Jo-*  
*vis delineatum* sistens, majestatem ei singularem hinc modo  
conciliare temerè præsumens, *fulmine eorum manus inserto.* Mox  
autem arefacta Pictoris manus temerarium præcidit ausum.  
Cum autem peccatum suum confiteretur deinceps, sanavit  
eum denud Gennadius Episcopus Constantinopol. *vid. Molan.*  
*de SS. Imag. L.II.c.56.p.191. Conf. Erasim. Francisci in der lustigen*  
*Schaubühne P.I.p.341.*

Christus  
sub sche-  
mate Jovis  
depictus.

Incidit hic nobis quod de Torpedine pisciculo *Arist. L.VI.c.10. de*  
*Anima* refert, cum, ubi hamo inescatur, stupore piscatoris ma-  
num afficere illicò, per lineam vel tridentem piscatoris qua-  
dam autâ nocivâ transeunte, *consente sic Vossio L.IV. de Idol. c.56.*  
*p.107.* nec eo manus torporè liberatur antè, donec pisciculum  
hamo iterum dimittat. Non eguit verò pictor noster torpedi-  
ne, sed sibi contraxit manus suæ torporem in sicco, non hamo,  
sed penicillo, tam cum eo confictatus diu, donec resipiscens  
scandalosam hanc missam fecerit pingendi rationem.

§. XX. Ad easdem scandalosas picturas reducenda quoque  
illa, quæ Augustinum in Papatu exhibet, inter Christum in cru-  
ce pendentem & B. Mariam lacrimantem, genibus flexis, cum  
hâc inscriptione pictum:

Augusti-  
nus inter  
Christum  
& Mariam  
medius de-  
pictus.

*Hinc lactor ab ubere: hinc pastor à vulnere:*

*sub Augustino:*

*Positus in medio quo me verum nescio.*

*Inde Francisci Remond. Soc. Jesh. versus :*

*Ubera me matris, nati me vulnera pascent,*

*Scilicet hac animi sunt medicina mei.*

*Nam mihi dum lachrymas dolor elicit, ubera s' fugo,*

*Rideat ut dulci mixtus amore dolor.*

*At me pertentant dum gaudia, vulnera lambo,*

*Ut me lata pio mixta dolore juvent.*

*Vulnera sic Nati lambo, fugo ubera matris,*

*Secura ut varia sint mihi sorte vices.*

*Quis sine lacte precor, vel quis sine sanguine vivat,*

*Sanguine Nate tuo, lacte puella tuo?*

*Sic lac pro ambrosia, s' ravi pro nectare sanguis,*

*Et me perpetuo vulnus et uber alac.*

*Ad eundem sensum & consentum scripsit etiam Bernbardus  
Baubusius, in Epigramm. p. 131.:*

*Ille mel: hac lac est: hic lac est; tota mel illa est:*

*O Superi, fingi dulcor, ulla potest?*

*Ipsa salus mundi hic, simul hic spes altera mundi est,*

*Mortales: pingi latior ulla potest?*

*O Jesu, o virgo, si nunc depicta tabella*

*Vestra paris facies gaudia tanta mihi!*

*Quant a dabit non in tabula, qua gaudia coram!*

*O felix coram gaudia quant a dabit!*

Origo harum in Papatu picturarum inde provenit, quia Mariam  
Christo in opere Redemptionis jungunt. vid. Bernhard. de  
Bustis, in Marial. L. I. c. 3. Hinc non mirum est, si ἐνὸς αὐτόπυ  
διδόντ' ἑτάλλα συμβαίνει. Aristot. L. I. Phys. c. 2. τὸ μικρὸν γὰρ  
παραβήναι τῆς ἀληθείας ἀφισταμένοις γίνεται πόρρω μὲν ἰοκλάσι-  
ον. Quam obcaenarum ejusmodi & scandalosarum picturarum  
originem & Megalander noster T. IIX, Jenens. G. f. 283. tangit.  
vid. de talibus Molan. L. II. c. 31. p. 115. Hinc Clari Bonarsciji in  
Amph. Honor. Jeshuit. L. III. c. 8. p. 356. versus:

*Hareo lac inter meditant interq; cruorem,*

*Inter delicias uberis & lateris.*

*Et dico (si fortè oculos super ubera tendo,)*

*Diva parens mamma gaudia posco tua.*

*Secd*

*Sed dico, (si forte oculos in vulnem verto, )*

*O Jesu, lateris gaudia malo tui.*

*Rem scio, prensabo, si fas erit, ubera dextræ,*

*Lan à prensaba vulnens, si dabitur.*

*Lac matris misere volo cum sanguine nati,*

*Non possem antidotò nobiliore frui.*

De quibus blasphemis loquendi formulis ac picturis judicare nostrum non est, potius Theologis hæc relinqvimus.

§. XXI. Faciunt etiam huc illæ picturæ ap. *Molan. L. II. c. 42. p. 149.* in quibus Dominus ap. Martham & Mariam exceptus convivio representatur, ita quidem, ut dum Dominus loquitur cum Maria, Johannes adolescens clam interea in angulo fabuletur cum Martha, Petrus exiccante cantharum. Aut ut in quibusdam conspicua est Martha à tergo assistens Johanni, alterâ manu injectâ humeris, alterâ velut irridentem Christum, qui nihil horum sentiat, & quæ sunt aliæ scandalosæ picturæ, quarum quædã inferius quoq; occurrent, de quibus omnibus idem esto judiciũ.

§. XXII. Antequam huic capiti supremam imponamus manum, quæstionem ventilare libet, *An etiam Deus sine scandalo ut senex pingi possit?* ad quam quæstionem quidam limitate respondere volunt, quidam eandem planè negare. Inter hos, quod nobis constat, *Alstedius est, Theol. Casuum c. V. p. 72. unã cum aliis Calvinistis. Et Johannes XXII. Papa Romanus, dicente Aventino, illos, qui summam Majestatem divinam senis Adolescentis, columba imagine pingebant, lesa religionis accersivit, eosq; antropomorphitas esse renuntiavit, qui & quosdam eorum ad ignem damnavit. vid. B. Dn. D. Rappoltus mox citandus.* Ab affirmantium verò partibus sunt *B. Balduinus Cas. Consc. c. III. p. m. 83. sqq. qui ex B. Cbemnitio P. IV. Exam. f. 22. adducit, posse Deum historicè & ad usum historicum sic qualitercunq; representari in forma scilicet antiquâ, Dierum Dan. VII. 9. Apoc. IV. modò illud fixum maneat, infinitam divinitatis essentiam nec deberi nec posse figuram aut imaginem aliquã circumscribi: Rectè enim hoc sensu Possidonius ap. Stobæum; Θεός οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ἐν πῶς καὶ πῶς ὡς, οὐκ ἔχων μορφὴν.*

Et

Et *Xenophanes* absurdum esse cenſet, Deum humanâ formâ effigiari, & ridebat *Æthiopes*, quod Deos ſuos atros & ſimos conſingant, quia ipſi tales naſcantur: *Thracæ* eodem *glaucos* & *rubciundos*; *Perſæ* item *Medi* & *Ægyptii* ſibi quam ſimillimos faciant, ut *Theodoretus* *prodit de cur. grac. effect.* Quo etiam reſpexit *Statius* :

Nulla Dei effigies nullo commiſſa metallo  
 Forma Dei mentes habitare & peſtora gaudet.

Neque enim Deus abſtractâ Trinitate concipi ſine Idololatriâ poteſt, *vid. B. Hülfem. Brev. Supplem. Tb. I. p. m. 31.* multò minus corporeus pingi, niſi in *Audæanorum*, *Anthropomorphitarum*, *Manichæorum*, *Prifcillianitarum* & aliorum, (quorum opinio-nes *vid. ap. Sebaſt. Glotz. Theol. Nat. I. 4. p. 247. ſqq.*) caſtra tranſire velis. Quod pluribus evincunt *Theologi noſtri*, quorum hic involare ſacraria conſultum haud putamus. *vid. inter alios B. Dn. D. Rappoltus Præceptor olim noſter venerandus in Colleg. MS. in Summar. B. Lyſeri Sect. I. obſ. 7. ad num. 7. not. 19.* Haudquaquam igitur eſſentiam Dei in picturâ denotari aſſerimus, ſed ſaltem re-velatam ſui apparentiam, per quam ſe ad noſtram infirmitatem dimittere voluit, & nobiſcum condeſcendere. Rectè itaque *Thomas Waldenſis Vol. III. de Sacramental. tit. 29. c. 155.* Quod *Scriptura*, inquit *facit verbis, cur artifex non faciat ſignis? An magis peccatum circa hanc comittit penicillus quam penna, imago quam litera? vid. Molan. L. II. c. 3. p. 39.* Ut adeò Deus hiſtorico modo ſub ſchemate ſenis exponi oculis ſine ſcandalo poſſit. Nunc vaſa movenda ad

## CAP. II. DE INANIBUS PICTURIS

quoad  
 . PINGENDI MODUM.

§. XXIII.

Pictura  
 quædam  
 ex igno-  
 rantia.

Committitur in Picturis ratione modi *ἁεῖδος* vel ex igno-  
 rantia, vel ex malitia & protervia. Illi ſimplicitate quædam indu-

inducuntur pictores, qui in dextrum remittunt, quam ipsi non probe tenent, gestiunt exprimere: hi, quibus protervia faciem praefert, quaequam mente aliud putent, picturam tamen externam dissimulant. Qui sane pingendi modus *κακός* est, et si enim meliora scit, probatque, ex protervia deteriora sequitur tamen.

Non autem est ignorantia, neque malitia, aspergere saepe aliquid picturis, quod oculos teneat. Neque enim alias si nudum problema sine commode emblemate proponeretur, haberent oculi quod delectarentur. Modo emblemata illud conveniat rei, ac non plane, uti proverbium habet, contra januam jaculetur. Quomodo enim jejuna futuræ essent parabolæ, si ornatus illi afficeretur nihil: ita simile quid picturis accideret. Quæ enim similitudinum & parabolarum, eadem & picturarum, quæ sunt pictæ similitudines, est ratio. *Sicut ergo in parabolis quædam adjiciuntur non ad significationem, sed tantum ad ornatum & perfectionem ipsius parabolæ: Sic in picturis multa rectissime apponuntur, non significandi quidem causa, sed ad complementum & debitum ornatum ipsius Imaginis, vid. Molan. L. II. de SS. Imag. c. 21. p. 84.*

Moses cornutus.

§. XXIV. Ut ignorantia pictorum ex documentis elucescat, subjiciemus quædam. At ducat cornu cornutus Moses, quem pinxere ita, quod non staterent nulli, vulgatæ versione seducti, Mosem revera cornibus fuisse decorum.

Duo dicuntur: 1.) Mosem à quibusdam cornutum habitum fuisse, 2.) Vulgatam versionem eos seduxisse: Quod prius attinet, nihil egere videtur probationis, cum picturæ satis obvix de eo loquantur, *vid. Excell. Dni: L. Carpz. Patroni ac Præceptor nostri suscipiendus, Schediasms ad Nummos Cornutum Mosem exhibentes p. 28. Misibuel Liebertans Disp. de facie Mosi cornuti à 3.* Talis quoque in Auditorio nostro Philosophico cornuti Mosi effigies profat. Hinc in nummis etiam Moses cornutus exprimi sivevit, sive arietinis (ut Alexander,) sive restæ protentis, (ut Bacchus,) *vid. Carpz. p. 84. Liebertans c. 3.* Talem cornuti Mosi icunculam antiquitus expressam in laminâ æris rotundâ Shenæ in agro Surreiensis circa nonnum à Londino lapidem repertam inter rudera exhibet *Seldenus L. II. c. 6. de Jur. Nat. Et Gent.* Nec ignotum proverbium: *Jaß möcht Hornet befonten wie Moses.* Non

autem rudem tantummodo plebeculam hinc larva seducta, etiā  
 sapientiores tibi passi sunt imponi. Quò spectat exemplum  
 Galeotti Marini c. 34. de doct. promiss. Et soli quidem Christiani fu-  
 ere illi, qui sic sentirent, Judæis irridentibus eos interea, quasi  
 crederent Mosen fuisse Diabolum. vid. Excell. Carpz. l. c. p. 2. De-  
 inde eos, qui credebant Mosen cornutum, à vulgato. Verf. de ce-  
 ptos fuisse, extra dubitationis aleam positum esse videtur. vid.  
 Carpz. p. 17. 8. Dm. Siebentanz. d. 3. c. 1. Locus enim Exod. XXXIV.  
 29. ignorabat (Moyfès.) quod cornuta esset facies sua, ab illis perpe-  
 ram acceptus. Huc pertinent Hieronymi verba L. II. adv. Jovian.  
 T. III. Oper. f. 36. vultum jejnantis Moyfi & juxta Ebnicam verita-  
 tem Dei confabulatione cornutum, pafius & pinguior populus susti-  
 nere non potuit. Hinc Galeottus ad sacrum divinumque instru-  
 mentum & sacrum eloquium provocat p. 319. Neque tam facile  
 locus Habuc. III. 4. splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus,  
 eos allicere potuit quam ille Exodi. Cum nimirum verba illa ad  
 Mosen non pertineant, vid. Siebentanz. c. 2. neque si maxime per-  
 tinerent, ostendi posset, ita fuisse vulgò à Christianis exposita.  
 Textus autem Exodi tam de Mose loquitur clarè, ut locus etiā  
 sit suspitioni, quòd ex eo, cum ad Gentiles pervasisset Bacchus  
 ille tertius s. Arabicus cornutus fuerit à Poëtis & pictoribus fa-  
 ctus. vid. Carpz. p. 17. Siebentanz. d. 3. quòd facit. Non. illud L. III.  
 Carm. 21. de Baccho. Et addit cornua paupri. Et. Quid. L. I. de. O. A.

*Tunc pauper cornua sumit.*

Certe magnam cum Libero Patre Gentilium convenientiam ef-  
 se Moyfi cornuto, animadvertent etiam jam tum Kipping. in  
 Antiqu. Rom. L. I. c. 7. Sect. 12. p. 287. & L. L. c. 2. Sect. 4. p. 98. &  
 Koffius L. I. de Idol. c. 30. p. 178. Solebant enim ex ambiguitate cap-  
 tare occasiones fabularum, quem admodum è Caleb sexio Moyfis  
 fecerunt canem Basbi comitem. Nam DDD. canem notat. Hinc ori-  
 go fabula ex vocabuli Caleb & cornu. Cujus generis multa exem-  
 pla. Vulgatz verò patrociniū agere illi videtur, qui autu-  
 mant, hanc de cornuto Moyse fabulam prius in picturis, quam  
 animis hominum fuisse inclitam. Sic Casaub. ap. Pler. art. Obs. dec.  
 XI. p. 177. à pictoribus deceptos putat, quòd Cornutum Mosen  
 adstruxerint; Sed si decepti sunt, aut hebetibus oculis id de-  
 bent, pro ambrylis cinium picta cornua videntes, quòd inclinat

Earnab.

*Farnab. ad Senec. p. 52.* aut hebeti menti, picturam allegoricam pro propria accipientes. Verum quoniam fuerit illa allegoria? An enim putandum, pictores Christianorum eadem de causa pinxisse Moſen cornutum ut gentiles ſuum Barchum? de quo *Farnab. d. l. Carpz. p. 21. 22.* vel Jovem Ammonem, de quo iterum *Carpz. p. 20.* vel Alex. M. aut fortasſe ſignificare voluerunt, Moſen lege ſua velut cornibus quibusdam impetere peccatores? vid. *Liebertanſ c. 30.* Nihil horum: Quin potius opinio hæc prius in animis hominum radices egit, quàm in tabulis pictorum. vid. *Liebertanſ c. 1.* Opinio autem hæc unde niſi ex Vulgata? Eruditos quidem poterat etiam ad credendum tale quid inducere, quod legerent in hiſtoriis; alios quoque homines exiſtiſſe cornutos. Conf. *Carpz. p. 17.* qualis *Cippus Genutim*, ad quem aperte provocat *Galeotus Martius*. Verum ut nemo ſapit omnibus horis nullumque magnum ingenium ſine mixtura dementiæ eſt: Ita quoque erudiſi illi Viri, qui de Moſe ſalem opinionem alebant, humani aliquid patiebantur. Nam quod ad locum Exodi attinet, quis non videat, illum de proprie dictis cornibus intelligi haud poſſe? Quomodo ergo, inquires, interpretabimur faciem illam Moſis cornutam? An cornutus Moſes, i. e. Maritus Uxoris adultera? procul hæc macula à tanto Viro, intemerataque Uxore vita! *Vid. Carpz. p. 17. 18.* *Liebertanſ c. 1.* An cornutus Moſes propter oſſa faciei ex diuturno jejuniſ cornuum inſtar prominentia? æqui mæra & hæc ſunt ineptiæ. *vid. Carpz. p. 17.* *Liebertanſ c. 1.* An dædæ cornibus dætatus, quod potentiam notat cornu? Conf. *Carpz. p. 19. 20.* Sic quidem cenſet *Pierius L. II. Hieroglyph. p. m. 87.* poſt alios: *Honoris inquit & potentia ſignum tam ap. Genutim quam Christiana pietatis catervas, quib. hoc præceſſerunt Ebozo, habita ſunt cornua: In divinis ſiquidem libris cornu paſſim pro Regiæ dignitate poſitum reperitur, complectiturque ſtatim adine quædam in ſe, cornu radium & coronam.* Sed non poteſt h. l. Pierii obſervatio valere. Si enim potentia gratia uocæſſet, fruſtra proſeò velamine abſcondiſſet iis, quibus forent monſtranda, parumque modeſtè remoto velo eſſent aſſet Jehovæ. *vid. Thomas Bartholin. de Inſ. Hom. & Bru. p. 88.* ut nihil dicam, hoc ſtatim futurum fuiſſe, ut Sauli, Davidi & cæteris; quibus majorem potentiam Regale attulit

sepectrum, cornua coaptarentur. Unde alia pictura subdit ratio oportet. Fossitas igitur ex crinibus saligiata, instar cristarum, sicut cornua illa. Sic et videtur sibi persuadent quidam, vid. Hadr. Jun. de Com. p. 486. Conf. Rangon. de Capill. c. 8. m. 7. m. 12. p. 177. & Celeberr. Thom. Disp. de Barb. Lem. 4. n. 47. Ast uti haud putamus Moysen crines suos calamistris inusside, ita quoque ne haec quidem conjectura omne ferre punctum, videtur. Quid ergo tandem? per cornuam faciem intellige frontem radiatam. vid. Carpz. p. 17. 28. Dn. Siebentanz b. 4. Fuerunt saltem crines lumine interspersi, & cornua nihil nisi summi splendoris radios ex facie emicantes significarunt, quibus astantium oculi perstringebantur. vid. Thom. Bartholin. l. c. p. 89. hinc versus Dreyano adscripti: *Flammae cornuato librantem lumina vultu*

*Gestantemq; sacris jura sacrat a libris.*

Judaei siquidem sumunt פני עור קרן pro eo, quod est splenduit, seu radiavit cutis faciei, ejus. Nec alio sensu reddunt Judaei Mauritanienses, Hispanitenses, praeter paraphrases Chaldaeos. Nec alio Hellenista. vid. Seldeni. l. c. p. 88. Nam lucis radii cornua velut imitantur & bebraice קרן פני משה tam haec, quam illos denotat. Et, radios illos faciei Moyses קרן פני משה cornua magnificentia vocat Salomon Jerchinos. Sic etiam interpretatus est Paulus 2. Cor. III. 7. non potuerunt intedere sibi Israel in faciem Moysi propter gloriam: vultus ejus dicitur in gloria, & aegrotant auro; non propter sortum vultus ejus. Unde notat Gvillelmus in Postilla super Epist. Domin. XII. post Iren. ex 2. Cor. III. p. 31. Not. quod Exod. XXXIV. ait, dicitur, quod ex Colloquio Dei in monte Sinai facies Moysi fuit facta quasi cornua, non quod fuissent realia cornua, sed quod quasi quidam radii procedentes sursum, angulariter in figura cornuum. Imò barbaro quoque adhuc saeculo errorem illum notaverunt veramque in loc. Exodi interpretationem dederunt quidam, ut Thomas. vid. Dn. Siebentanz c. 1. Tanquam igitur ex tripode prolatum illud Kippingii est, Antiqu. R. E. l. c. 7. Sect. 12. p. 287. verisimile est, inquit, quod Athenista Comment. ad Exod. II. asserit, Mnevi, Deum Cornigerum in Aegypto cultum, fuisse Moysi tui radiantem capite. Mnevis enim hic Osiris erit, bovis speciei adscriptus, quod aperere certus & fruges serere docuerit. (Mnevem Menis prius Aegyptiorum Regis fuisse

fuisse Symbolon, tradit *Vossius L.Y. de Idol. cap. 27. pag. 101.)* Pictorum itaq; ludibrium est, quod vera cornua Moysi affingunt, nescientes illud, quod imitantur speciem discernere ab eo, quod revera est tale. *Conf. Sixt. Amama in Antibarb. Biblic. p. 517 Bell. L. II. de Ecclesiâ Triumph. c. 4. Luth in Marginal. ad Habac. IV. 4. Delrio ad Senec. p. 193.* De cætero cur vulgatam versionem non corrigi fecerint Pontifices, ut errori limas poneretur, *vid. rationes ap. Dn. Siebentanz c. 2.* Quod verò eruditi Viri quoque hic dormitaverint, eò quod in historicis nihil sit novi, cornutum dari hominem, de humanitate suâ, quod jam ante diximus, testati sunt. Non enim obstant exempla hominum cornutorum, ut *Genutii Cippi*, aliorum. Nam illa aut fabulosa sunt planè, sicut Actionem fabulosum esse ipse *Gallottus* agnoscit, & idem fortasse dicendum de *Cippo*. *vid. Excell. Carpz. p. 19.* aut si vera, homines illi monstrofi fuerunt. Qvis autem nisi mente lapsus Mosen Monstrum fuisse credat? Cur verò Christiani Mosis faciem cornutam nummis impresserint *vid. Dn. L. Carpz. p. 27.* Putat *Seldenus* factū id esse olim à Christianis, ut nummus talis officiosi muneris vice inserviret, ad Judæos aliquos sive demerendos sive ad Christianismum civiliter invitandos *p. 188. de J.N. & G. sed propiâ causâ jugulū petit Dn. L. Carpz suspicio, eum tantū in finē usus illos nummos, ut essent κερμήλια c. 27.* Et hæc de Mose Cornuto. Vid. verò omninò *Plur. Rev. Præceptor noster L. Carpz. in sæpius citatâ ac laudatâ Dissert. & Dn. Siebentanz in Disp. de fac. Mos. cornut. Conf. Keckerm. Syst. Phys. L. III. p. m. 288.* Nos calculonum secuti morem, quæ summas ingentes æris brevioribus exprimunt, extremo magis digito hanc materiam pressimus quam ipso pollice.

§. XXV. Ex ignorantia porrò Sanctorum capitibus radii circumducuntur, majestatis indices, quasi talibus olim claruerint, cumduces picturæ cum ubivis spectentur non possunt esse ignotæ. Et meminit quoque earum *Joachimus Camerarius. Comment. in Tuscul. L. I. p. 21. Ridemus, inquit, istos parietinarum pictores: qui cum Drvorum alicujus capiti lucentem orbiculam circumdedere, & implicuerunt palliolum, & imposuere in manus aliquid, quo indicetur genus necis, omnia præstitisse credunt.*

De origine radiatorum in Sanctis capitum, undeque fluxerit hæc

pingendi ratio, diversæ deprehenduntur sententiæ. *6* *radu* *Bar-*  
*thius* reducit eam ad poëtas, qui olim illustriores homines de-  
scripsuri flammam capillis inerrantem effingebant. Sic *Claud-*  
*ianus* :

— *Ventum potestas*

*Claruit Afcanio, subitâ cum luce comarum*

*Innocuus flagrabat apex. de IV. Consul. Honor. v. 27.*

*seqq.* ubi plura poëtarum loca in hanc rem adducit.

Hoc habitu etiam cultuq; procedere in publicum solebant Prin-  
cipes Romani, divinitatem præsentem ostentabundi. *Mamerti-*  
*nus Panegy. Diocletiani & Maximimiani* : *Ille lux, ait, divinum*  
*verticem claro orbe complectens, vestrorum est ornamentum merito-*  
*rum. Sc. vid. Barb. l. c. Claud. p. 602. Kipping. Antiqu. Roman.*  
*L. I. c. 7. p. 186.* Verùm *Hellados* ac *Latii* sospitator ipso *Bar-*  
*thio* iudice (in *praf. Græcii*), *Casaubonus*, ap. *Piccartum* ex alio  
fonte hunc pingendi deducit rivulum. Solebant olim, inquit,  
*statuarii statuis à se effigiatis & edolatis imponere regulas quasdam,*  
*quas Græci μνίστρας appellabant, ut videre est ap. Aristoph. ne ab*  
*avibus conspurcarentur, cujus rei causam pictores ignorantes, puta-*  
*runt honoris causâ imponi debere, itaq; imaginibus quod; pictis im-*  
*posuerunt, & veluti ἀπὸ δὲ γαστρῶν capitis delinearant, Iridis colo-*  
*ribus variegatum, quod & miserum vulgus ut sanctum quid colit atq;*  
*adorat. decad. XI. Obs. c. I. p. 277.* Enimverò videntur conciliari  
posse hæ dissentientes sententiæ. ! Cerrum enim est, quod non  
eodem modo sanctis radiantia illa capitum velamina soleant  
addi. *Quibusdam enim ad verticem capitis ornamentum appingi-*  
*tur scati rotundi, s. corona in modum; quibusdam v. radiis diffusum*  
*gestamen.* Dicemus itaq; de priori *Casauboni* valere observatio-  
nem, de hoc autem *Barthii*. Quod autem reverà distinctè sole-  
ant pingi, ipse *Molanus* testatur *L. II. d. SS. Imag. c. 62. p. 216.* Inter-  
rim de *Radiatis* capit SS. vid. omninò *Kircher. in Oedipo T. II. p. 2.*  
*f. 87. 88. & conf. Cerdam ad Virgil. p. 687. Æneid. XII. Etiam Tho-*  
*mam Aquinatem Doctorem Angelicum Cerni in picturis radiatum*  
*cum inspiratrice columbâ, tradit Molan. L. III. d. SS. Imag. c. 8. p. 264.*

Magi de-  
picti.

§. XXVI. Pictorum ignorantia debentur itidem Magi, quos  
Reges sistunt non modò, verum etiam numerum eorum deter-  
minant,

minant, ac quod varius est, unum nigrum, alterum fuscum, tertium candidiorem faciunt.

*Molan. d. SS. Imag. L. III. c. 3. p. 246.* hanc picturam Magorum defendere nititur. *Circa picturam, inquit, trium Magorum, si Lutherus audiendus foret, multipliciter errant pictores. Nam Magos Reges fuisse negat, & numerum illorum incertum facit. Verum audiendus omnino Lutherus est, Molane. Neque enim fuerunt Magi illi Reges, quod nostri Theologi dudum probarunt, vid. post alios Magnif. ac Plur. Rev. Dn D. Scherzerus Præceptor ac Patronus noster colendiss. Colleg. Biblic. M. S. C. ad Matt. II. v. 1.* Videntur de cætero qui Reges esse somniarunt, non recte intellexisse morem, quo Persia tum gaudebat. Vacante enim sede Magi interea Regnum administrasse dicuntur, donec novus Rex eligeretur. Et hoc sensu Reges, (at non proprii nominis,) dici possent quoad antenus, Huc respicit Tertull. L. III. adversus Marcionem: *Magos serè Reges habuit oriens, i. e. in magorum disciplinis institutos, non quod ipsi, ut Genebrardus vult, ex Collegio Magorum in Regnum asciti sint. vid. Georg. Hornius Hist. Philosoph. L. II. p. 75.* Audiendus igitur omnino Lutherus, quicquid ogganniat Molanus, qui Magos genuinos Reges fuisse negat. Quamquam ipse Jesuita demum fateatur, Ecclesiam eos non nominare proprii nominis Reges, quia tamen Regia illis competierit autoritas, igitur non improbandum, eos Reges vocari & idem picturæ exprimi. Quam igitur injustè Lutherò dicam scribit! Quod numerum Magorum concernit, incertissimus ille est. *Si Autoris Operis imperfecti standum esset iudicio, 12. numerandi essent. Homil. II. in Matth. Alii 14. nomenclant.* Molan. p. 252. pro ternario, tanquam pro aris ac focis militat. *Probabile esset, inquit, quod Lutherus asserit, incertum esse numerum Magorum, nisi Ecclesia Colonienfis trium Magorum corpora religiose conservaret, & à Gravissimo Doctore Leone M. aliisque Autoribus tres fuisse nomenclarentur.* Sed quam falsum hoc sit itidem apud nostros Theologos in confesso est, vid. Dn. D. Scherz. l. c. ubi quodque rationes absurdas Salmoronis T. III. tract. 38. tanquam pueriles bullas uno halitu dissolvit. Cæterum quod unus Magorum niger, aut potius subniger, alter fuscus, quales sunt albiores Mauritani, pingantur, nec ipsi Molano arridet. Uti

Uti nec nomina eorum *Caspar, Baltazar, Melchior* ad ejus faciunt palatum. Hæc enim cognomenta Magis imponunt quidam papicolæ ex *Bedâ*. Quamvis illos alii ex *Zachariâ Chrysofolitano Apellium, Amerum, Damascum, Augalath, Galgalath, Saracim* appellent. Alii addunt *Ator, Sator, Beratoras*. vid. *Casaub. Exercit. II. ad Baron. n. 10. Hospinian. de Festis ad Mens. Jan. f. 33. Spanheim. P. II. Dub. f. 287. Ubi etiam superstitionem Papisticam circa hæc nomina tangit. conf. Wolzbog. ad Matt. II. â f. 99. seqv. Nec deniq; ætatem illorum, illius 60. istius 40. hujus 20. approbat Molan. l. c. Unde saltem vulgaribus ita persuasum esse ex *Petro de Natalibus L. II. Catalog. SS. ostendit.**

Stella Magorum.

§. XXVII. Similis ignorantia arguit pictores Stella Magorum, instar rotæ depicta, ramis quasi quibusdam sursum deorsumque diffusis. Sicut & reliquis Stellis sic illudunt pictores.

Pugnant tales picturæ cum natura stellarum. Neq; enim illæ tales sunt orbes, ut tanquam nodi in rotâ circumeant, quin per se potius de loco in locum transvolant. vid. *Voss. L. II. de Idol. c. 39. p. 262. conf. Keckerm. Syst. Phys. L. II. p. 115.* Nec Magorum stella aliter se habuit, cujus definitionem vid. ap. *Dn. D. Scherz. Colleg. Bibl. c. II. Matt. v. 2.*

Pennati Angeli.

§. XXVIII. Haud alium agnoscunt fontem alati angeli, qui in picturis prostant passim, dum pictores ex ignorantia acceperunt proprie, quod allegoricè iis attribuerant aliqui, significaturi, hos nuntios alite gressu quasi volare & plusquam Dædaleis remigiis uti.

Meminit alatorum Angelorum *Piccart. l. c. p. 277.* ac adscribit eidem errori, qui sanctis radios attribuit. *Fusus Molan. L. III. de SS. Imag. p. 344. c. 40. Angeli, inquit, in formâ humanâ, ut quæ inter omnes homini magis perceptibilis est, juvenes, aspectu fulgenti, vestitu candido irduiti, discalceati, Zonis circa pectus & lumbos præcincti, lapidibus preciosis ornati & duabus alis pennati & suffulti, nubibus circumdari, instrumenta Dei vel iræ, vel gratiæ, gladium aut crucem, & alia passionis Dominice insignia in manibus gestantes, hominum conspectui exhibentur. Quæ additamenta si figuratè exponantur, ut facit Molan. tolerari possunt quoadtenus, sed vulgi sensus hæc vix penetrat.*

§. XXIX.

§ XXX. *Idem* quod Pictores Christum cum Apostolis discalceatis exprimum, quasi nullis calceamentis fuissent usi. Christus & Apostoli nudi.

Ortus error ex eo sortitan, quod *Matth. X. 10.* incedere Apostolos iubet Christus discalceatos. Quod verò non ἀπλῶς sed κατὰ τὴν εὐαγγελιστῶν dicitur, ne scilicet calcei itineris impedimenta essent. Vid. integrum dissert. *Dn. D. Sagittarii, An Salvator nudis inceserit pedibus?* Nos in tantâ brevitate Lacones agimus magis quam Asiaticos excursores. *Cont. de Usu calceorum Luc. XV. 22. 23. Act. XVII. 35. & ex tota V. T. usus calceamentorum inter Judæos (quoniam à posteriori mutatum esse non credit Magnif. Dn. D. Scherz. Colleg. Bibl. MSC. ad Matth. III. 7. 11.) plus quam satis constat.*

§ XXX. Sic ignorantiam Pictorum sapit pictura, quæ gerit Apostolorum lingvas sursum flammantes & pyramidali figurâ ex capite in acumen surgentes, ex historiâ scilicet Pentecostali, quas pro flammis accipiendas esse, pridem ostenderunt Eruditi. Lingvæ Apostolorum ignitæ.

Talis pictura in Collegio nostro Philosophico deprehenditur. *Vid. Ex. III. Carp. in antè cit. dissert. p. 29. & Dn. Liebentanz a. 3. conf. Gamaliel nosse Dn. D. Scherzerus in Colleg. Bibl. MSto. ad cap. III. Matth. 9. 11. ubi dicit lingvas illas fuisse flammulas cacuminatas, ac sic lingvas apud Ebræos vocari solere. Analogiam itaque saltem quandam cum lingvis habuerunt flammulæ illæ, quæ an in ore, an supra capita Apostolorum federint, incertum. Patres communiter censent non nisi infedis capitibus Apostolorum. *Cyrril. Hierosolym. Catech. XVII. sedis, ait, super illos ut novæ corona spirituales per lingvas igneas imponantur capiti eorum. Multi verò ignem ori infuisse asserunt. vid. Diss. de Lingvis Ignitis Act. II. 3. M. Godofredi Thilom. Quælis autem ignis ille fuerit, alterius quæstionis est. vid. Theologi.**

§ XXXI. Quis verò omnium picturarum, quæ ex inscitiâ Pictorum profectæ sunt, inire numerum velit? Spectat huc Pictor, quem rudis penicillus in conversione sua tanquam equo lapideis rotibus: Christus resurgens aperto monumento custoditus in lignis, *vid. Molan. L. IV. c. 13. p. 411. a) Judas ruffus quoad barbam depictus: b) Johannes cum poculo, ex quo pro-*

*Judas ruffus  
Johannes cum poculo.  
Cœna  
D ominica  
Susari.*

spēctat serpens: c) Coena Domini Sufati, & quæ denique postea  
 Pseudo-pictura, quæ τὸ πρῶτον non observant, occurrunt.

a) Sic credo Judæ malitiam atque alterplicem animum significare  
 voluerunt Pictores, juxta vulgare de barbâ rutilante proverbium:  
 Feuerbarth selten bester Art/ cui proverbio etiam doctos  
 quondam adhibuisse fidem vult *Tob. Magirus sub voce Barbâ n. 6.*  
 Sed ut nihil dicam de eo, nullam planè subesse rationem, cur  
 inaurata ruffedine comarum barba statim Sinonem notare  
 possit: (*vid. Disp. de barbâ sub Presid. Excell. Dn. Thomasi Lem. l. n. 9.*)  
 unde quæso constat Judam tali fuisse notabilem? vanum igitur  
 pictorum *eventus* est, ignorantium, animo non ruffis pilis vitia  
 adherere. Quomodo aliàs Barbarossa, Menelaus, Pyrrhus,  
 Augustus &, si epistolæ Lentuli fides habenda, ipse Salvator  
 aberunt à vitio tanto?

b) De Johanne cum poculo *vid. Molan. L. III. c. 58. p. 378. Gretserus*  
*L. II. de Fest. Christian. c. 4. p. 284. & Celeberr. Thomasi in Disput.*  
*de Pocul. Johannis §. 27. sqq.*

c) Sufati in Westphaliâ altare cujusdam Templi appinam gestat  
 historiam Christi cum discipulis agnum paschalem consumen-  
 tis, reposito in patinâ pro agno illo paschali vetulo petasone,  
 ut Martialis loquitur, quod non nescire poterunt illi, qui ibi-  
 dem loci commorati sunt, quodque passim narratur. Hinc  
 quoque proverbium apud quosdam invaluit, qui petasonem  
 nominaturi, dicunt: Ein Westphalisches Osterlamm. Quod  
 simplicitatem pictorum insignem! Felicius ille apud Poëtam  
 Delphinum sylvis appinxit, fluctibus aprum. Crediderunt  
 miseri quia ipsi tale pulpamentum in cupediis haberent, idè  
 etiam nihil melius pro Christi & discipulorum palato fingi &  
 pingi posse.

Insignia  
 Evangelii-  
 starum.

§. XXXII. Haud verò ex ignorantia pictores Matthæo Ho-  
 minem, Marco Leonem, Lucæ Bovem, Johanni aquilam ap-  
 pingunt, quod videri cuiquam posset, eum Irenæus & Augusti-  
 nus alium ordinem velint. Sed sequuntur pictores merito Hi-  
 eronymum, cujus expositio Insignium, quæ Evangelistis ad-  
 di-solent, ubique adepta est plausum.

Vid.



Franciscus  
ut fur pi-  
ctus in pa-  
tibus.

§. XXXV. Simile ferè *Pocbius* *Facit* : f. 17. memorat de iis-  
dem Franciscanis, qui, cum pretio conduxissent pictorem, ut  
Franciscum delinearet, nec tamen eorum sententiæ de formâ  
pingendi convenirent, is Franciscum, tanquam literam lon-  
gam ex se fecisset, ut Plautus loquitur, depinxit.

*Sic Pocbius* : Fratres quidam ordinis Minorum decreverant accersito  
pictore, ut Imaginem B. Francisci pingeret ; d. in formâ pingendi  
dissidebant, cum alter stigmaticum, alter ad populum prædicantem,  
alius alio modo pingendum censeret. In eâ disceptatione cum uni-  
versum diem consumsissent, nullâ certâ sententiâ. Pictorem dubium,  
quidnam ageret relinquentes dormitum iere. Pictor inspecta fra-  
trum insulsiate cum se delusum putaret, figuram eam pinxit fistulâ  
sonantem. Alii laqueo suspensum dicunt, statimq; abiit : Figurâ in-  
spectâ fratres cum pictorem, ( ut malè multaretur, ) quassissent, ille  
vero pedibus sibi consuluisse, existimantes summam Religioni con-  
tumeliam illatam pictorem ad poenam querebant.

Cornuti  
Imago.

§. XXXVI. Talem pictoris malitiam prodit etiam illa pictu-  
ras, quam adducit *Erasmus Francisci P. I. de Lustig. Schaub. p. 140.*  
qui quendam, nimis rei suæ attentum & parcius stipendium sol-  
ventem, cornutum depingebat, superinducto tamen velo, ut  
non conspicua essent antè, donec sudario pulvis detergeretur.

Rem sic enuntiat Erasmus : Daß die Mahler auch für sich selbst  
durch den Pinsel sich zu rechen wissen / bezeiget neben andern  
auch die possirliche Schalckheit eines Mahlers / der einen alten  
silkigten und sehr geizigen Rentmeister nicht zum besten ge-  
neigt war / vielleicht / weil er von ihn gar zu Hündisch gehalten  
und belohnet. Als er ihn derowegen einsten abmahlen müssen :  
hat ihm der verschlagene arglistige Mensch ein paar grosser  
Hörner über den Kopf gemahlet : (gestaltfam die Jungfrau  
des Rentmeisters in Verdacht war / daß sie ihrem Herrn nicht  
allerdings getreu /) selbige aber mit einer / den Grunde ähnlichen  
Wasser-Farbe überstrichen / und befohlen / wenn auff das Ge-  
mähl irgend sich der Staub setze / solte man nur mit einen nas-  
sen Schwamme darüber fahren. Nach etlichen Zeiten wolte  
der



# COROLLARIA.

I.

**I** Mago Nobilis Adolescentis qui se vivum pingi prohibuerat, post mortem autem concesserat, ubi inventus est propè conscriptus ac serpentibus gravidus, cujus meminit Camer. Horar. Subcis. Cent. II. p. 73. occurrit Misena in Templo Afranio, fuitq; ille ex Generosa Schleinixiorum Familia.

II.

Ursas parere massam rudem, sine oculis, sine pilo, unguibus tantum prominentibus, informeq; hoc lambendo formare, fabula est. vid. Job. Gerard. Vossius L. III. Idol. p. 510. Scal. Exerc. VI. Sect. 15, & Exerc. CCXXXII. Sect. 2. Camerar. Cent. II. Eblem. 21. Dalecampius dicit sibi inspectos esse fœtus ejusmodi exenteratos, sed nullà membrorum parte informes.

III.

Aves inter se non colloquuntur, adeoq; Magi eorum sermonem cum nullus sit, intelligere non possunt. contra Plin. L. X. c. 49. cit. ap. Voss. L. III. Idol. c. 89. p. 604.

IV.

Fidem non meretur vulgaris opinio, Mustelam auribus concipere & ore parere. vid. Voss. l. c.

V.

In brutis non datur ratio, adeoq; non Syllogismus.

VI.

Servus Domino potest dare beneficium. vid. Senec. LIII. de Benef. c. 18.

VII.

Filius majora beneficia Parentibus dare potest quam ab illis accepit. Senec. ibid. c. 29.

